



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

4. Episcopi, & alii Prælati, & superiores Ecclesiarum curent in suis Ecclesiis, vt Miss[a]e celebrentur, aut saltem commemorationes pro defunctis, qui legata fecerint, pro illorum anima fiant, eo ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

- pœnam priuationis, esse priuatum ipso iure beneficijs, tenent Rebuff. in d. cap. postulasti, num. 247. Couarr. in d. cap. alma mater, pars. 1. §. 7. sub num. 10. Seraphin. decisio. 1285. sub num. 1. Ricciul. d. cap. 7. num. 3.
36. Pro causa verò merè ciuili, nempe ob non solutionem pensionis, vel ex alia simili causa, persistentem per annum in excommunicatione nec esse priuatum ipso iure, nec posse priuari per sententiam, tradunt Rebuff. in dict. cap. postulasti, ante num. 243. Seraphin. d. decis. 1285. in fine. Gonzal. d. gloss. 15. ex num. 103. Stephan. Gratian. citato loco, Ricciul. d. cap. 7. num. 14.
- Contra Bosch. Codech. in repit. cap. 1. num. 12. de iudic. & Menoch. d. casu 416. num. 52. & 53. existimantes posse priuari per sententiam.
37. Per annum, Continuum scilicet, nec sufficere, si quis steterit semel per sex menses in excommunicatione, & deinde obtenta absolutione cum reincidentia post absolutionem steterit per alios sex menses, tenent Nauarr. consil. 7. num. 3. de heres. Menoch. de arbit. casu 416. numer. 55. Rebuff. in d. cap. postulasti num. 252. Seraphin. d. decis. 1285. num. 5. Rot. in d. Qsæn. coram Illustrissimo Lancellotto Ricciul. d. cap. 8. num. 1.
38. Tanquam de heresi suspectum, Comprehendere excommunicatum, tam ex causa criminali, quam ex causa ciuili, cum paulo supra statuerit ob vtramque posse excommunicari, resoluit Menoch. de arbit. casu 416. nu. 54. Quando agitur cōtra infordecentem, vti suspectum de heresi faciendum esse processum ab Inquisitoribus super hæretica prauitate deputatis, & debere citari ad se purgandum iuxta formam traditam in d. e. cum cōtumacia, resoluunt Seraph. d. decis. 1285. n. 3. & 4. Ricciul. d. e. 8. n. 11. & 13. vbi etiam eod. num. 11. cum Marefcott. var. lib. 2. cap. 35. num. 61. subdit ad effectum priuationis in causa qua illam meretur, satis esse, quod in excommunicatione infordeuerit, & non eise necessariam aliam citationem. Sed optimè ex Rotæ decisionibus Theodos. Rubens in singulari. Rota rom. 2. pars 3. sub verb. Menochius §. 1. pag. 202. sic distinguit. Aut excommunicatio lata fuit propter crimen quod ipso iure priuat clericum beneficio, & tunc per infordecentiam habetur pro confesso, & censetur ipso iure priuatus. Aut excommunicatio lata fuit ob crimen propter quod non est priuatus beneficijs ipso iure, sed venit per sententiam priuandus, & tunc poterit post contractam infordecentiam priuari. Aut crimen est tale propter quod nullo modo potest imponi pœna priuationis, puta ob debitum ciuile pensionis, & tunc nunquam ob infordecentiam imponetur pœna priuationis, sed alia arbitraria.

Episcopi, & alij Pralati, & superiores Ecclesiarum curent in suis Ecclesijs, vt Missæ celebrantur, aut saltem commemorationes pro defunctis, qui legata fecerunt, pro illorum anima fiant, eo meliori modo, quo ipsi videbitur, prouidentes, ne defunctorum animæ suis defraudentur suffragijs.

C A P V T I V.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Episcopus potest ex hoc decreto reducere numerum anniuersariorum, & officiorum pro defunctis.
- 3 Missarum & anniuersariorum numerum qua prescribuntur etiam in donationibus, & alijs actibus inter viuos reducere potest Episcopus.
- 4 Annuersaria in totidem Missas commutare potest Episcopus.
- 5 Missarum numerus moderandus iuxta vires legati.
- 6 Testator si reliquit centum aureos pro centū Missis celebrandis in tali Ecclesia pro anima sua, si augetur elemosyna præstanda Sacerdotibus tenetur hæres data capacitate hereditatis supplere mercedem.
- 7 Missas in fundatione Ecclesiæ, seu capellis erectis in titulum non potest reducere Episcopus.
- 8 Missas reducere non potest Episcopus in beneficijs requiruntibus in sui fundatione certum numerum Missarum.
- 9 Pralati non possunt diminuerè Missas particulares votiuas, vel pro defunctis, nisi habeatur consensus eorum, quibus illæ debentur.
- 10 Episcopus habet facultatem in hoc decreto sibi tributam iuxta interueniente causa.
- 11 Onera Missarum ante Concilium imposita, non verò post illud sunt reducenda.
- 12 Missarum numerum non potest Episcopus absque Synodi consensu commutare, vel moderare.
- 13 Commemoratio defunctorum piè testantium faciendæ est in numero Missarum, seu anniuersariorum, qui ex reductione remanet.
- 14 S. D. N. Urbanus VIII.
- 15 Episcopi in diœcesana Synodo, & Generales in Capitulis generalibus iam non possunt reducere onera Missarum.
- 16 Pecunia locis pijs, ac eorum personis relicta onere perpetuo Missarum celebrandarum penes eadem sacram, vel personam, &c. deponenda.
- 17 Missarum perpetua cura non suscipienda sine certarum personarum licentia in scriptis, &c.
- 18 Sedes Apostol. est ad eunda pro reductione oneris in legato tenui impositi.
- 19 Beneficiarius si tenetur quotidie celebrare, & beneficij redditus non sint pro illius victu sufficientes, datur supplicatio in dataria.
- 20 Capellanus ad nutum amouibilis cum obligatione vnius Missæ qualibet hebdomada potest demandare celebrationem dictarum Missarum alteri cum elemosyna consueta.
- 21 Capella est erigenda secundum testatoris voluntatem in loco Ecclesiæ, & non in alio.

Contingit sæpe in quibusdam Ecclesijs vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum, ex varijs defunctorum relictis impositum esse, vt illis pro singulis diebus, à testatoribus præscriptis, nequeat satisfieri, vel elemosynam huiusmodi pro illis celebrandis adeò tenuem esse, vt non facile inueniatur, qui velit huic se muneri subijcere, vnde depereunt piæ testantium voluntates, & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur. Sancta Synodus, cupiens hæc ad pios vius relicta, quo plenius, & vtilius potest, impleri, facultatem dat Episcopis, vt in Synodo diœcesana itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinibus, vt in suis Capitulis Generalibus, re diligenter perspice-
cta, poi-

sta, possint pro sua conscientia in praedictis Ecclesijs quas hac promissione indigere cognouerint statuere circa haec, quicquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque Ecclesiarum utilitatem viderint expedire, ita tamen, si re eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerunt.

4. Supta sess. 22. de refor. cap. 6.

- 1. Vide Concil. Brach. I. V. act. 4. cap. 26. in fine, Henric in summ. lib. 19. cap. 22. §. 6. Fr. Emman. in summ. part. 1. cap. 252. num. 13. & regular. tom. 1. quast. 43. art. 13. Seraph. decif. 611. Quarant. in summ. Bullarj. verb. Missa 3. vers. posse. Azor. in instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 18. quast. 61. Zcrol. in praxi. Episcopi. part. 1. verb. Missa §. 3. Valer. Reginald. in praxi. fori. panitent. lib. 23. num. 239. Aloyf. Ricc. in praxi. rerum. fori. Eccles. decif. 402. in 1. edit. alias resolut. 341. in 2. editio. & in decif. Curie Auebisop. Neapolitan. decif. 325. part. 4. Bonacin. de Sacrament. disput. 4. quast. vltim. par. 7. §. 2. num. 9. Nald. verb. Missa. num. 18. Mulfel. in summ. Theologia. moralis. tract. 3. cap. 16. num. 29. & 30. Ludouic. Miranda in man. Prclar. tom. 1. quast. 241. artic. 24. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 5. num. 365. cum multis seqq. Vgolin. de officio Episcopi. part. 2. cap. 61. Fraxinel. de obligat. Sacerd. sect. 7. Nouat. lib. 1. quast. forens. quast. 1072. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 4. quast. 129. & tract. 11. cap. 9. quast. 21. in fine. Nald. in summ. verb. Missa num. 8. Antonin. Diana moral. resolut. part. 1. tract. 14. resolut. 1. cum seqq. Lezana in summ. quast. Regular. p. 1. cap. 11. num. 6. Alphons. de Leone de officio. Capellani. quast. 5. sect. 20. num. 305. cum multis seqq. Torreblanca in practicab. iuris spirit. lib. 2. cap. 9. num. 73. cum seqq. nouissime Barthol. à S. Fausto in tract. de suffragijs lib. 1. quast. 76. cum seqq. metipsum de officio. & potest. Episcopi. p. 2. alleg. 29.
- 2. a. Ex varijs defunctorum relictis.] Posse Episcopum ex hoc decreto reducere numerum annuariariorum, & officiorum pro defunctis, referunt decifum Quarant. in summ. Bullarj. verb. Missa. pag. 291. alias 402. Galet. in Margarita casuum. conscient. verb. Missa 4. Piafec. in praxi. Episcop. p. 2. c. 5. num. 15. in fine. Aloyf. Ricc. d. resolut. 341. num. 2. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 5. num. 367. Ego ipse d. alleg. 29. num. 4. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. cap. 1. num. 151.
- 3. Episcopum posse reducere numerum Missarum & annuariariorum non modo quae praescribuntur in testamentis, & alijs similibus dispositionibus causa mortis, sed etiam quae in donationibus, & alijs actibus inter viuos, resoluit Moneta d. c. 5. num. 368. Ego ipse d. alleg. 29. num. 9.
- 4. Annuariaria in totidem Missas commutare posse Episcopum ex facultate illi à Concilio in praesenti attributa, tradunt Vgolin. de officio. Episcopi. c. 61. num. 1. Monet. d. c. 5. num. 370. & seq.
- 5. Missarum numerum moderandum esse iuxta vires legati si pro ipsis celebrandis adeo tenuis elemosyna relicta sit, vt non facile inueniatur, qui velit se huic muneri subicere, refert decifum Aloyf. Ricc. d. resolut. 341. ex num. 2. vbi pariter resolutum aserit debere Episcopum in huiusmodi reductione Capituli consilium requirere, quantum sequi illud non teneatur, refero Ego ipse d. alleg. 29. num. 6.
- 6. Aduertit Marc. Anton. Genuent. in practicab. Eccles. g. 179. quod quando testator reliquit centum aureos pro centum Missis celebrandis in tali Ecclesia pro anima sua, si augeatur elemosyna praestanda Sacerdotibus, tenetur haeres data capacitate hereditatis supplere mercedem, quia testator non reliquit pecuniam simpliciter pro elemosyna soluenda sine onere Missarum, sed pro Missis celebrandis pro anima sua eo tempore, quo praestabatur minor merces, nam si prauidisset augmentum, non vix, diminueret numerum Missarum, cum hereditas totum reddere posset, refero Ego ipse d. all. 29. num. 7. Aloyf. Ricc. in praxi. p. 3. resolut. 362. num. 3. Diana p. 1. tract. 14. resolut. 17.
- 7. Missas in fundatione Ecclesiae, seu capellis erectis in titulum reducere, & ad minorem numerum reuocare, non posse Episcopum, referunt decifum Piafec. in praxi. Episcop. p. 2. cap. 3. num. 31. Diana resolut. moral. p. 1. tract. de celebrat. Missar. resolut. 1. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. c. 1. num. 131. Miranda d. art. 24. concl. vnic. in fine, Aloyf. Ricc. d. resolut. 341. ex num. 4. Monet. d. c. 5. num. 376. Ego ipse d. alleg. 29. num. 12. Regul. in vniuers. Eccles. disciplin. tit. de Episcopo g. 6. nu. 862.
- 8. In beneficijs requirentibus in sui fundacione certum

numerum Missarum non posse Episcopum ex vi huius decreti Missas reducere ad minorem numerum, referunt decifum Galet. in d. margarita. verb. beneficium. pag. 24. colum. 2. & verb. Missa vltim. Bonacin. d. §. 2. num. 10. Nald. verb. Missa. num. 18. Possuin. de officio Curati. cap. 2. num. 25. quast. 9. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 9. num. 75. post Mirandam Bartholom. à S. Fausto in tract. de suffragijs lib. 1. quast. 77.

Praelatos non posse diminuere Missas particulares votiuas, vel pro defunctis, quae iustis stipendijs sigillatim à particularibus personis petuntur, nisi consensus eorum, quibus illae debentur, habeatur, quod raro, vel nunquam accidere potest, resoluunt Nauarr. consil. 59. nu. 9. & consil. 11. nu. 1. de celebr. Missar. Fraxinel. de oblig. sacerdot. sect. 7. in remedi §. 5. num. 3. Ego ipse d. allegat. 29. num. 11.

Facultatem dat Episcopis, &c.] Iusta scilicet interueniente causa, vt asserunt Fr. Emman. d. c. 252. ad finem, alias cap. 251. conclus. 13. Nauarr. d. consil. 59. nu. 9. Mohin. de iustis. tract. 2. disput. 249. Bonacin. d. §. 2. num. 12. Fraxinel. d. §. 5. nu. 1. vbi in vers. cum quia tractatur, subdit iustam causam esse si cursu temporis clericorum, aut Religiosorum numerus est diminutus, aut Ecclesie, vel monasterij redditus extenuantur, vel impense maiores fiunt, & cetera huiusmodi, refero Ego ipse d. allegat. 29. num. 2. & me non citato transcripsit Aloyf. Ricc. d. Neapol. decif. 25. num. 3. part. 4.

Hanc Episcoporum, & Praelatorum Ordinum facultatem intelligendam esse de oneribus Missarum ante Concilij Tridentini, impositis, referunt decifum Hieron. à Sorbo in annot. ad compend. priuileg. Regul. verb. Missa 3. Confess. in summ. priuileg. Ordinum Mendicant. tit. 19. de diuinit. officio. & Missarum celebrat. c. 3. Gasp. Passarel. de remedi. Missar. cap. 60. Fr. Emman. q. Regul. tom. 1. quast. 43. art. 13. Miranda d. concl. vnic. Fraxinel. d. §. 5. nu. 2. Aloyf. Ricc. d. Neapol. decif. 25. nu. 3. in fin. p. 4. Diana d. tract. de celebr. Missar. resolut. 2. Barthol. à S. Fausto in tract. de suffragijs lib. 1. q. 78. Ego ipse d. alleg. 29. nu. 5.

vt in Synodo diocesana.] Episcopum non posse absque Synodi consensu commutare, & moderare Missarum numerum, tenent Nauarr. in man. cap. 25. num. 138. Henric. lib. 9. cap. 22. sub §. 6. Bonacin. d. §. 2. num. 9. Mulfel. in summ. Theologia. moral. tom. 1. tract. 3. cap. 37. num. 29.

Contra Fr. Ludouic. Miranda d. g. 41. art. 12. concl. vnic. Perez de Lara de annuier. & capellan. lib. 1. cap. 14. num. 9. Monet. d. c. 5. num. 372. existimantes posse Episcopos absque consensu Congregationis synodalis temperare onera dicendi plures Missas in beneficijs siue Capellanij sibi subiectis, quorum opinionem non immerito sequutus fui d. alleg. 29. num. 12.

vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat.] In huiusmodi numero Missarum, seu annuariariorum, qui ex reductione remanet, facienda semper esse commemorationem eorum defunctorum, qui pro suarum animarum salute legata illa ad pios vsus reliquerunt, asserit Monet. d. cap. 5. num. 375. vbi num. 376. cum Vgolin. d. cap. 61. num. 1. subdit dictae commemorationi satisfieri posse vel in Memento, vel in collectis.

Nouissime sacra Congregat. Illustrissimorum Cardin. Concilij Tridentini interpretum in decretis de celebrat. Missar. publicatis, & in typographia R. Cam. Apostol. impressis de anno 1625. S. D. N. Urbani VIII. auctoritate sibi specialiter attributa decreuit, ac primo districtè prohibet ac interdicit ne Episcopi in diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quomodolibet reducant onera illa Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundacionis, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, quae res diligenter perspecta id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, alioquin reductiones, vel moderaciones, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri cõigerit, omnino nullas atque inanes decernit. Fraterce ne in Ecclesijs, in quibus onera Missarum in perpetuum

- 9.
- 10.
- 11.
- 12.
- 13.
- 14.

num imposita sunt. Sacerdotes in eis, ut par est, adimplendis co-
 tepidiores, & seiores reddantur, quod onera huiusmodi cum
 nulla, aut parua sine utilitate coniuncta statuit, atque decernit
 ut pecunia, ac bona mobilia Ecclesiarum, Capitulis, Collegijs ho-
 spitalibus, Societatibus, congregationibus, monasterijs,
 Conuentibus, ac locis omnibus tam secularibus, quam Regula-
 ribus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquiren-
 darum onere perpetuo Missarum celebrandarum ab ijs, ad quos
 pertinet sub pena interdicti ab ingressu Ecclesie ipso facto incur-
 renda à die realis acquisitionis statim deponi debeant penes
 eadem sacra, vel personam fidei, & facultatibus idoneam ad ef-
 fectum illa, seu illorum pretium quamprimum inuestiendi in bo-
 nis immobilibus fructiferis, cum expressa, & in diuina mentio-
 ne oneris, quod illis annexum reperitur, ac si eadem bona immo-
 bilia auctoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem
 pretium sub eadem pena, ut supra, deponi, ac in alijs bonis
 stabilibus in eadem fructiferis cum eiusdem oneris repetitione at-
 que annexione conuerti debeat.

17. Ad hac sacra Congregatio quibusvis Capitulis, Collegijs, So-
 cietatibus, & Congregationibus, necnon omnibus & singulis
 Ecclesiarum, locorum, tam secularium, quam Regularium su-
 perioribus, vel alijs ad quos pertinet, districte prohibet ne in po-
 sterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, se-
 cularium quidem sine Episcopi, vel eius generalis Vicarij, Regula-
 ris vero sine Generalis, vel Prouincialis consensu, & licentia,
 in scriptis, & gratis concedenda: alioquin secularis si huiusmodi
 prohibitionis transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesie interdi-
 ctus sit eo ipso, Regularis vero penam priuationis omnium offi-
 ciorum, qua tunc obtinebit, ac perpetua inhabilitatis ad alia de
 cetero obtinenda, vocisque alius & passiva absque vlla decla-
 ratione incurrat. Eleemosynas vero manuales, & quotidianas
 pro Missis celebrandis ita demum habere accipere possunt, si oneri-
 bus antea impositis ita satisfecerint, ut noua quoque onera sus-
 cipere valeant, alioquin omnino abstineant ab huiusmodi cleo-
 mosynis etiam sponte oblati in futurum recipiendis, & capsulas
 auferant ab Ecclesia, cum seripione illa: Eleosyna pro Missis,
 vel alia simili, sub eisdem penis ipso facto incurrendis ne fideles
 hac ratione frustrentur. Episcopus vero, seu eius Vicarius, aut
 Generalis, seu Prouincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneri-
 bus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirent de
 singulis Missarum celebrandarum obligationibus, cuique Eccle-
 sia, monasterio, aut loco pio incumbentibus, ne ante assensum
 huiusmodi, aut licentiam praebeant, quam eis legitime consti-
 terit, illius Sacerdotes tam nouo oneri suscipiendo, quam anti-
 quis iam susceptis satisfacere posse, praecipuamque rationem ha-
 beant ut redditus, qui Ecclesiae, aut locis pijs relinquuntur, om-

nino respondeant oneribus adiunctis secundum morem, cuiusque
 ciuitatis, intelligantque si in re tanti momenti desides, aut negli-
 gentes fuerint, in nouissimo die se huius praetermissi muneris ra-
 tionem esse reddendos. Haec tenus sacra Congregatio cum
 amplissima derogatione, & quam ad litteram refert
 Barthol. à S. Fausto in tract. de suffrag. post. quest. 91.

Super quibus eadem S. Congregat. S. N. D. Urbano 18.
 Papa VI I. approbante, aliquot edidit declarationes,
 quas originales & in typographia R. Camerae Apostoli-
 cae impressas vidi de anno 1626. & quoad hanc partem
 declarant etiam stante legato a deo tenui pro reductio-
 ne oneris, ut supra, impositi ab ijs ad quos pertinet, Se-
 dem Apostolicam esse adendum, quae absque vlla im-
 pensa id statuet, quod magis in Domino conueniens
 esse iudicauerit. Verumtamen si in ipsa beneficij ere-
 ctione expressè cantum fuerit, ut liceat Episcopo iniun-
 ctum onus reducere, ac moderari legem hanc fundatio-
 nis, quam decreta hac de re edita non fultulerunt, esse
 validam, & obseruandam. Deinde declarauit penam
 interdicti, & alias supra in decreto appositae non com-
 prehendere, nisi suscipientes quamuis priuatos Sacer-
 dotes onera perpetua Missarum celebrandarum sine
 licentia Episcopi, vel eius generalis Vicarij, aut Genera-
 lis, vel Prouincialis,

Vnde Beneficiatus si tenetur quotidie celebrare, & 19.
 beneficij redditus non sint pro illius victu sufficientes,
 datur supplicatio in dataria pro moderatione, ut per Aldan.
 in compend. canonie. resol. lib. 2. tit. 25. n. 8. vbi refert deci-
 sium in nullius celebrationis Missarum 13. Iulij 1630.

Capellanus ad nutum amouibilis cum obligatione, 20.
 vnus Missae qualibet hebdomada cum stipendio legato,
 & confirmato de octo annis in octo annos, potest de-
 mandare celebrationem dictarum Missarum alteri cui
 elemosyna consueta iuxta morem regionis, retenta sibi
 parte dicti stipendij debuit Capellano, ex Aldan. d. tit. 25.
 num. 9. vbi dicit resolutum in Fanen. 7. Septembris 1630.

Testator si mandet in testamento erigi capellam in tali 21.
 loco Ecclesiae, eamque dotauit cum onere Missarum, &
 reseruatione iurispatronatus, Ordinarius autem sub prae-
 textu, quod capella non possit constitui in illo loco cum
 consensu patroni, & Capellani à testatore nominati, ca-
 pellaniam erexit ad Altare maius, & statim sic erectam
 commutauit & erexit in titulum Canonicius eiusdem Eccle-
 siae collegiate, conferens illius dotem in massam Canonico-
 rum, & sic talis commutatio est nulla, ut per Aldan. d. tit.
 25. num. 10. vbi ait decium in Aretina 17. Februarij 1629.

*Beneficia constituta ad aliquod munus, conferantur personis idoneis, nec in collatione
 derogetur oneribus, vel muneribus iam constitutis quoquo modo,
 sed omni diligentia obseruetur.*

C A P V T V.

- 1 Beneficia deuoluuntur cum suo onere, & qualitate.
- 2 Fundationi statuenti ut minor etiam 14. annorum
 beneficium adipisci valeat, standum est.
- 3 Dispensare post Concil. Trid. non potest Episcopus
 etiam de consensu patronorum cum minore 25.
 annorum ad capellam simplicem obtinendam,
 ad quam ex fundatione est praesentandus Sacer-
 dos.
- 4 Episcopus non potest cogere obtinentem capella-
 nam ut ipsemet celebret.
- 5 Capellanus non requiritur necessario ut sit Presby-
 ter si in fundatione capellae habetur quod debeat
- celebrare diuina die nocturne.
- 6 Capellaniam habens non tenetur promoueri ad sa-
 cerdotium, nisi, &c.
- 7 Beneficiari non sunt cogendi ad suscipienda onera,
 quae in fundatione non reperiuntur.
- 8 Capellania de qua hic, an requirat personalem resi-
 dentiam.
- 9 Sacerdotium actu requiritur in hoc casu.
- 10 Beneficijs simplicibus non potest per Episcopum no-
 num onus imponi.
- 11 Oneribus beneficij iam constitutis, nec de consensu
 patronorum derogatur.

Ratio postulat, ut illis, quae bene constituta sunt, contrarijs ordinationibus non detrahatur:
 quando igitur ex beneficiorum quorumcunque erectione, seu fundatione, aut alijs constitutio-
 nibus, qualitates aliquae requiruntur, seu certa illis onera sunt iniuncta in beneficiorum colla-
 tione, seu in quacumque alia dispositione, a eis non derogetur. β Idem in praebendis Theologalibus,
 Magistratibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus, quandocumque
 ita constituta fuerint, obseruetur, ut eorum qualitatibus, vel Ordinibus nihil in vlla prouisione detraha-
 tur: & aliter facta prouiso surreptitia censeatur.

Bene-